Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



etiam cohorte sua permisit facere quod secum. aut fortassis et iussit. quam uis hoc
euangelista tacuerit. Dicit enim quod deinde fecerint milites. pilatum tam
id iussisse non dicit. Et milites inquit plectentes coronam de spinis posuerunt
in capite eius. Iueste purpurea circumdederunt eum. et ueniebant ad eum. Idice
bant. aue rex iudeorum. et dabant ei alapas. Sic implebant quod de se predi
xerat xpc. sic informabant martyres. ad omnia quod persecutori libuisset fa
cere preferenda. sic paulisp occultata tremenda potentia commendabat pri
mitanda patientia. sic regnum quod de hoc mundo non erat. superbum mun
dum natrocitate pugnandi s; patiendi humilitate uincebat. sic illud
granum multiplicandum seminabat horribili contumelia. ut mirabili
pullularet in gloria. Exiit iterum pilatus foras. et dicit eis. Ecce adduco eum
foras. ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihc portans
spineam coronam et purpureum uestimentum. et dicit eis. Ecce homo. Hinc apparet
non ignorante pilato hec a multis facta. siue iusserit ea siue permiserit. illa
scilicet causa quam superius diximus. ut hec eius ludibria inimici libentissime bi
berent. Iulteri sanguinem nisiterent. Egredit adeos ihc portans spineam
coronam et purpureum uestimentum. non clarus imperio s; plenus opprobrio. Et dic
eis. Ecce homo. Si regi inuideris. ita parente quia derectum uideris. Flagel
latus est. spinis coronatus est. ludibriosa ueste amictus est. amaris conuicis illu
sus est. alapis cesus est. feruet ignominia. frigescit inuidia. Si non frigescit.
inardescit poci. Increscit. Cum enim uidissent eum pontifices et ministri.
clamabant dicentes. Crucifige crucifige. Dicit eis pilatus. accipite eum
uos. et crucifigite eum. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderi ei
iudei. Nos legem habemus. et secundum legem debet mori. quia filium di se fecit.
Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa uidebatur uelut affec
tate illicito ausu regie potestatis. Iam neutrum sibi ihc mendacium
usurpauit. s; utrumque uerum est. et unigenitus est filius di. Irex existit. ad o
sipsyon montem sem ei. Inde utrumque demonstraret non quanto erat poten
tior. tanto mallet esse patientior. Cum ergo audisset pilatus hoc uerbum
magis timuit. et ingressus est prorium iterum et dicit ad dnm. Vnde es.
hic. aut respon sum non dedit ei. Hoc silentium dni ihu xpi non semel factum
collatis omnium euangelistarum narrationibus reperitur. et apd principes
sacerdotum. et apd herodem. quem sic lucas indicat miserat pilatus
audiendum. et apd ipsum pilatum. non ut frustra de illo ppheria pcesse
rit. sic agnus coram tondente fuit sine uoce sic non aperuit os suum. tunc
utique quando interrogantibus non respondit. Quam uis enim quibus dam interroga
nibus sepe respondit. tamen ppter illa inquibus noluit respondere ad
hoc data est similitudo de agno. ut in suo silentio non reus s; innocens
haberetur. Cum ergo iudicaretur ubicumque non aperuit os suum sic agnus non aperuit.